SEBASTIANI MEDICIS

Florentini, Iuris Conſul. & Equitis Sancti Stephani.

TRACTATVS De Regulis Iuris;

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS

Cum Indice Materiarum copioſiſſimo.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

FLORENTIAE
Apud Iuntas. MDLXXII.

Cum Licentia, & Priuilegio.

SERENISSIMO
FRANCISCO MEDICI
MAGNO ETRVRIAE
PRINCIPI.

Sebaſtianus Med. S.

QVI parua munera deferunt alicui, Sereniſſime Princeps, omnes quidem verbis illa ornare ſolent; quod mihi modò ſanè contingere videtur, cùm hoc opus (exiguum certè, nec Magno Principe dignũ) tuo Clariſſimo nomini dicauerim: quod onus libentiſſime ſuſciperem, niſi materia ip-

SEBASTIANVS MEDICES LECTORI S.

CVM egomet mecum animo reputo humaniſſime Lector, per multum intereſſe comperio, inter eum virum, qui labore cura atque vigilijs in bonis artibus nomen iam aſſequutus ſit; cumq́; qui in ſuis ſtudijs antea ſilentio quodam ingenuo verſatus nullum adhuc virtutis ſpecimē edidit. Alterius enim lucubrationes, ſi quādo in lucē prodire dicātur, antequā penitus abſoluātur, homines vnde vis gentiū alliciāt: qui auidiſſime expectent, librū efflagitent, editionis morā & cunctationem vehementer accuſent; Alterius autē ſcripta paſſim deſpiciantur, & nec oblata quidē ab vllis legantur, ex quo factum eſt, vt, cum ego ſupra quam cuiquā credibile eſſet cuperem; vt id, quicquid eſt, operis nuper a me lucubrati, ab aliquibus legeretur, nec nomen tantum poſſe intelligerem; vt ipſo codice inſcriptū intuentiū oculos ad ſe deflectere poſſet, ſtatuerim, quātū in me eſt ingenij; iuris peritiā laudare; vt quos auctoris nomen non moueat; eximiæ artis ſplendor ſaltem ad legendum arripiat. Sed cum ingeniū mei uires conſidero, adeo imbecilles ipſas eſſe comperio, vt tuis purgatiſſimis auribus ſatisfacere poſſe plane diffidā. Quis.n. diuinæ, quis humanæ legis ſcientiā non ſumma laude digna eſſe dicat? Quis tā exculti ingenij eſt quis tā excelſi

SEBASTIANI MEDICIS

Tractatus De Regulis Iuris.

Summaria in Præfationem totius Tractatus.

1 *OMnis ars ſuis principijs conſtat.*
2 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
3 *Queſtio ſoluitur ex idẽtitate rationis.*
4 *Plura ſunt negocia quam verba.*
5 *Regulæ Vis, atque poteſtas.*
6 *Regulam habens pro ſe intentionem fundatam habere dicitur.*
7 *Præfationes maxime proſunt.*
8 *Regula ex iure ſumitur.*
9 *Ius quid ſit , et quotuplex, ac vnde originem habuerit, vide remiſſiue.*
10 *Regula quid ſit.*
11 *Regula vnde dicatur.*
12 *Regula quotuplex ſit.*
13 *Regula ſpecialiſſima quæ ſit.*
14 *Diuiſio bona debet eſſe bimembris.*
15 *Regula Quot modis dicatur & intelligatur.*
16 *Regulariter qualiter procedere dicatur.*
17 *Generaliter quomodo intelligatur procedere*

40 *Exceptio cõſirmat regulã in caſibus nõ exceptis.*
41 *Exceptio quando non poteſt, niſi ad unum caſum referri ad illum tantum dicitur referri.*
42 *Quicquid non Excipitur ſub iudicio regulæ permanet.*
43 *Mandatum declaratur per Exceptionem.*
44 *Reſcriptum per Exceptionem declaratur.*
45 *Statutum per Exceptionem declaratur.*
46 *Legatum per Exceptionem declaratur.*

Præfatio.

OMNIS artis progreſſus a generalibus præceptis rectè ducitur, quæ quidem ad cognitionem rerum omnium ita neceſſaria ſunt, vt neque ignorari neq; in dubiũ reuocari de
1 beãt. §. his igit' inſt. de iuſt. & iur. l. 1. ff. ſi cer. pet. l. 1. ff. de ori. iur. nam qualem cenſebimus medicum, qui neſciat contraria cõtrariis curari? Extremisq; morbis extrema remedia adhiberi? Qualem rhetorẽ, qui triplex eſſe dicendi genus, deliberatiuum, demoſtratiuum, & iudiciale non nouerit? Qualem deniq; Phyſicum, qui neſciat ex nihilo nihil fieri, vniuſque generationem ex alterius corruptione deduci? Habet quoque legalis diſciplina ſua principia atque fundamenta ſicuti omnes artes. l. 1. ff. de iuſt. & iure, quibus ignoratis & omne quod

Regiſtrum.

*ABCDEFGHIKLMNOPQRST
VXYZ AABBCCDDEE FF GGHH
IIKKLLMMNNOOPP.

Omnes Quaterniones.

FLORENTIAE,
Apud Iuntas,
1572.